



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXXXIV. Viepachense Monasterium, virginum, Germanicè Viepach.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**



## CAPVT LXXXIV.

VIEPACHENSE MONASTERIVM,  
*virginum, Germanicè Vie pach.*

**B**erengarius feu *Beringerus* Comes de Leõ-  
 berg, aliàs Leonsperg, cum consensu A-  
 gnetis vxoris, quæ dicitur fuisse familiæ do-  
 minorum Pflueg ac liberorum suorum *Hen-*  
*rici & Elisabethæ*, Viepachium inferius in mō-  
 te Isaræ imminente infra Landshuotam,  
 quod antea venatorium tugurium erat, in  
 templum commutat. XII. virgines eò col-  
 locat, Ordini, S. Augustini dedicat, atque Au-  
 gustinianis, monachis Ratisbonēsis guber-  
 nandum committit. Cumque illa domus &  
 Hofmarchia Viepach, Ducibus inferioris  
 Bauariæ feudalis esset, Duces *Otto, Ludouicus,*  
 ac *Stephanus* fratres huic foundationi non so-  
 lum consenserunt, verum etiam feudali iure  
 liberarunt. Hinc etiam quasi pro socijs fun-  
 dationis habiti sunt anno Domini 1296.

Beringerus fundator cum coniuge ac filio  
 ibi aliquot annis deuotè vixisse, obiisse, ac se-  
 pultus esse perhibetur. Obijt autem Beringe-  
 rus anno 1296. Tunc Henricus Dux Bauariæ  
 prioribus XII. addidit XVIII. virgines.  
 Sic Auentinus lib. 8. Alibi autem habetur,  
 hunc Beringerum eodum anno quo primum  
 lapidē claustrum posuit, decessisse, postea Hen-  
 ricum Ducem Bauariæ, filium Stephani, ere-  
 xisse claustrum, muros, Ecclesiam, & habita-  
 M 3 cula



cula Dominarum, auxisse numerum ad triginta. Idem Auentinus tradit Ludouicum Imperatorem hoc monasterium auxisse.

## CAPVT LXXXV.

S. GERTRVDIS MONASTERIVM,  
*in vrbe Louaniensi.*

**F**Vit hic locus primùm non nisi facellum seu capella, Ecclesiæ S. Petri, quæ in vrbe Louaniensi primaria est, subiecta. Cuius quidem capellæ vicarius cùm esset quidam Magister Franco, eam sibi ab ipso donari obtinuit Henricus I. Dux Lotharingiæ æc Brabantiæ; qui anno Christi millesimo ducentesimo sexto, Iunij XVII. hanc ipsam capellam, vt vocant, in monasterium Canonicoꝝ Regularium euehendam curauit.

Primus huius monasterij Præpositus nominatus est idem Franco, obiitque ann. 1229. Martij 27. Henricus verò Dux obiit ann. 1235. Septemb. 3.

Basilica autem eius loci consecrata est an. 1228. & parœciali iure donata est an. 1252. Eo enim ipso anno Louanij quinque parochiæ, vt nuncupant, institutæ sunt.

Franconi defuncto in Præpositura successit alter Franco, Franconi Libertus, Liberto Adamus, Adamo Gosuinus, & sic deinceps vsque ad tempora Henrici à Fura V Valteri Moil-